



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

V. Libellus proclamationis ecclesiae Rhemensis oblatus Synodo aduersus
Ludouicum regem Baioariae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

ANNO CHRISTI
876. sentiente, & condescernente domno & gloriosissimo Ca-
rolo imperatore semper Augusto, Ansegisum venerabi-
lem episcopum, Senonum archiepiscopum, suam vicem
tenere, & primatum ei Galliae & Germaniae contulit in
euocanda Synodo, & definiendo canonice, si quilibet in-
surrexerint necessaria, & vt grauiora ad ipsius notitiam
referat: & nos vnanimiter omni deuotione laudamus, &
vt ita ipse primatum teneat Galliae & Germaniae, decerni-
mus & sancimus.

VIII.

Synodum, quam dominus Ioannes apostolicus & vni-
uersalis papa super quorumdam depositionem, Formosi
scilicet Portuensis episcopi, & Gregorii nomenculato-
ris, seu & Stephani secundicerii, & Georgii vestararii, ce-
terorumque suorum complicum, sicut in epistola ipsius
ad nos missa continetur, nuper instituit, & nos secundum
iussionem ipsius, in nullo a capite dissidentes, consentien-
do decernimus, omnibusque apostolicis illius sanctioni-
bus per omnia parentes sicut decet obedimus.

IX.

Censuram vero, quam dominus apostolicus super ne-
fandissima acta Hludouici regis, & complicum eius, nisi
resipuerint, & debitam obedientiam sedi apostolicæ exhi-
buerint, statuit & firmauit; omnes nos, qui ad præsentem
Synodum conuenimus, vnanimiter decernimus, atque
firmamus.

Sequebatur post hæc in codice sancti Remigii confirmatio Synodi
Ticinensis, cum episcoporum subscriptionibus, vt supra.

V.

LIBELLVS PROCLAMATIONIS ECCLESIAE

Rhemensis aduersus Hludouicum regem Carolo imperatori
oblatus in Synodo Pontigonensi.

PATERNS magisteriis instruimur, vt si qua maiora
negotia, vel maiores causæ exortæ fuerint, ad sedem
apostolicam, prout auctoritas docet, & mos antiquus ob-
tinuit, semper referantur. Ideoque, quia imperialem ex-
cellentiam vestram Synodo præfesse, & vicarios sedis apo-
stolicæ præsto nobis adesse gaudemus, calamitates & mi-

Hhh iij

ANNO
CARTONI
176.

serias ecclesiæ nostræ , ac filiorum nostrorum; quas hoc an-
no ab Hludouico rege, itemque Hludouico filio eius, &
complicibus eorum , cædes videlicet , & homicidia, adul-
teria, fornicationes, rapinas, sacrilegia , & cetera flagitia,
quæ nullus enumerare potest, ecclesia nostra perpetua est,
vestræ serenitati innotescimus, obsecrantes ut pro Dei om-
nipotentis amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro
ministerio imposito , nobis & ecclesiæ nostræ ac filiis no-
stris , secundum promulgatam omnibus vestram sapien-
tiam , consulatis pariter ac succurratis: ne de cetero talia
ac tanta mala ecclesia nostra ac regnum patiatur , qualia
haecenus passum est.

VI.

DEFINITIO SYNODI PONTIGONENSIS
de Adalgaudo presbytero infamato.

PRIDIE Idus Iulii , in loco qui vocatur Pontigonis, ita
de Adalgaudo presbytero a legatis sedis apostolicæ,
Leone apocrisiario sanctæ sedis Romanæ , Petro , Ioanne,
itemque Ioanne legatis memoratae sanctæ sedis , & Ansegis-
fo vicario eiusdem sanctæ sedis , & ab omni Concilio defi-
nitum est: ut illi propria ecclesia reddatur, & a præfatis Ka-
lendis quatuor mensium dilatio ad famam suam purgan-
dam illi concedatur. Si post quatuor menses purgare se
canonice non potuerit, nulla eius vox postea penitus au-
diatur.

VII.

CONSENSVS LEONIS EPISCOPI MISSI
apocrisiarii, cum post Synodum discessurus esset.

QVIA dominus noster Ioannes sanctissimus & ter bea-
tissimus papa nos quidem , me scilicet Leonem Gabi-
nensem episcopum & sanctæ Romanæ ecclesiæ missum &
apocrisiarium , & Petrum venerabilem Forosempronia-
tem episcopum, ad hoc has in partes direxit, ut ceu pridem
per venerabiles episcopos Ioannem videlicet & Ioannem
mandauerat , vestra sanctitate aggregata, de negotiis, quæ
inter vtrosque fratres hoc anno emerferant , determina-
remus. Sed nos ob quasdam sanctæ Romane ecclesiæ vti-
litates , & diutius morari nequivimus , & vestram beatifi-